



**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

Plurimùm Reverendo, Religiosissimo ac Clarissimo Auctori Confratri suo
dilectiſſimo, applaudit gratulabundus Conventus S. Petri Salisburgi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73455)



Plurimum Reverendo, Religiosissimo ac Clarissimo

AUCTORI

Confratri suo dilectissimo,

applaudit gratulabundus

CONVENTUS S. PETRI SALISBURGI.

Festorum quoties celebrantur gaudia PETRO,
Felici partem fœdere PAULUS habet.
Alternas jussitque vices Ecclesia mater:
Gloria cum PAULO, sit quoque PETRE, Tibi.
Exemplo spectare licet renovata recente,
PAULI de meritis participante PETRO.
Nempe redundat honos in amantem semper amati.
Totus, PAULE scias, Te quoque PĒTRUS amat.
Cur amet in promptu causa est; nam PAULE mereris:
Virtutes stimuli sunt in amore TUÆ.
Clarior est per Te PETRUS, germinasque nitorem,
Quem dat conspicui clara nigredo typi.
Et tua mox *Summum* splendorem *Summa* creabit;
Namque operi Angelicus Sol micat ipse Tuo.
Sol ab Apostolico qui sumpsit lumine lucem,
Scribere cum THOMAS multa, docente PETRO;
Ille etiam, *Doctor* meruit qui *Gentibus* esse,
Doctrinam THOMÆ tradere visus erat.
Quid miramur adhuc, si THOMÆ PAULUS amator,
Quæ fuerant semper nomina nota sibi?
Ad se Cœlicolas potuit si flectere THOMAS,
Et cur Tu nolis Hunc quoque Paule sequi?
Doctrinæ quis non solidæ trahat omen ab istis?
PAULUS amat THOMAM, & sunt in amore vices.
Sed nec erit dubium: semper Te PETRUS amabit;
Suggeris Ipse novos, cur adamere, focos.
Agnoscent operis pretium, queis norma fuisti,
Et quibus è claro dogmata fonte dabas.
Agnoscent reliqui, & vestigia pressa sequentur,
Qui Tibi Fraternali prospera corde vovent.

† †

Plu-